



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1719. usque ad annum 1720

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 45. Calvinistarum Prædicantium oppositio contra Electoralis decreti executionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67659](#)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1719.

§. XLV.

*Calvinistarum Prædicantium oppositio contra Electoralis decreti executionem.*

Fabr. l. c.  
pag. 126.  
tom. 34.

Percepta hac Electoris propositione  
Prædicantes seu Consilium Ecclesiasticum Calvinistarum deliberauit  
spatium sibi concedi postulabant, &  
tertia autem die Præsidis Secretarii  
quod Calvinistæ eadem adhuc die  
præfata Ecclesia seetæ suæ Sacra  
egissent, questus, hujus Templi clavis  
Præsidi Baroni de Hillesheim traduci  
tit. Tandem vero Calvinistæ deci  
rarunt, quod in hanc cessionem co  
sentire haud possent, eoquod in ipsius  
rum potestate duntaxat sit Templa  
servare, non autem alienare, hoc Tem  
plum vero ex Principum transactum  
solis Calvinistis attributum nunquam  
fuerit Aulica, sed civica & Ecclesiæ  
Concionatore administrata, nec Ecclesie  
navis, sed solus chorus Princeps  
sepulturæ fuerit attributus, aut  
demum Catholicorum numero Ecclesia  
ad S. Jacobum sufficeret, vel cha  
dilatari posset, & in Ecclesiarum di  
butione Catholicæ, cum eis ferme  
Ecclesiæ contigerint, non fuerint fra  
dati.

dati, atque Elector defunctus ipse in Sæc. XVIII.  
choro sine oppositione, Catholicorum A. C. 1719.  
Sacris interfuerit, denique vero, si  
Calvinistæ hoc Templo spoliari possent,  
quia Rupertus hanc Ecclesiam pro  
Catholicis & Catholico Dei cultu fun-  
davit, omnes in toto Imperio Eccle-  
siae unacum proventibus Calvinistis e-  
ripi, & Catholicis restituui deberent.  
Profecto vi metuque ablata restituere,  
æquitatis leges præciperen, ni armo-  
rum prosperitas Catholicis invisa, ma-  
jorisque jacturæ metus contraria ex-  
torsisset pacta.

Cum ergo allatæ excusationes in-  
firmis oppido rationibus inniterentur,  
Elector die secunda Septembris Calvi-  
niano Consilio Ecclesiastico significari  
jussit, ut Ecclesiæ claves Præsidi tra-  
derent, quas etiam Ædituus Cochemio  
confignavit, reclamantibus Calvinianis  
Prædicantibus, qui alias claves in  
promptu habentes, Ecclesiæ foribus  
intus pessulum obdiderunt, ferram vero  
illius januæ, per quam ad Navim adi-  
tus patebat, immutari curarunt: Au-  
tomatario autem horologium tempe-  
rante, quidam Catholici funibus feso  
in Ecclesiam demiserunt, januisque  
intus apertis, Præses Baro de Hilles-  
heim, Beckerus, Suffraganeus, &  
Pflugius militum Tribunus aliquie Ec-

Y 2

cle-

Sæc. XVIII. clesiam ingressi, accessum militibus  
A. C. 1719. sideri, murumque, quo chorus a m  
distinguebatur; per latomos dejici  
serunt. Querenti Hermano Pre  
cant, quod Ecclesia eis vi eriperet  
Elector non ipsis eripi, sed aliam sub  
stitui Ecclesiam respondit, declarau  
que, id juris sibi competere ex No  
nasteriensis pacis auctoritate, ac  
inde profluente reformandi jure, cu  
nullus Imperii Status esset toleratus  
ut in suo Aulico Templo alia pre  
eam, quam Princeps territorialis pro  
fitetur, religio exerceatur, nec Elector  
præsens Religionis recessu Anno 1719  
interim facto, præcipue cum p. m. E  
lector semper absens, ejusque Aulicis  
exiguo numero præsentes fuissent,  
quæ ab eo precario concessa fuere,  
que adeo adstringi possit, ut suæ  
ligionis cultum in alio, quam in  
ad hoc fundato exerceat, suorum  
Principum sepulturam aliorum tra  
ferat, vel illorum Principum cadavera  
insepulta relinquat, prout tamen E  
ctoris Nepos Princeps Sulzbacensis  
hucdum sine sepultura affervari de  
rit: quod autem Elector nequaquam  
uti Prædicantes falso spargebant, Re  
ligiones in Imperio toleratas oppri  
intendat, demonstratum ibat ex e  
quod ipsemet Lutheranos a Carolo L

dovico & Carolo Calvinianis Electori- Sæc. XVIII.  
 bus ejectos denuo permisso libero Re- A.C. 1719.  
 ligionis suæ exercitio, tam in Ecclesia-  
 sticis quam politicis protegat, & citra  
 omnem obligationem suam benigne per-  
 mittat, ut reclamante etiam pacis de-  
 creto Calvinistæ Parochiales Ecclesias  
 possideant.

### §. XLVI.

#### *Summi Pontificis literæ gratulatoriæ ad Electorem Palatinum.*

Quamprimum Clementi summo Pon- Epist.  
 tifici innotuerat, quod Carolus Clem. XI.  
 Philippus Elector Ecclesiam S. Spiritus pag. 2578.  
 Catholicis rursus vindicarit, ad eun-  
 dem gratulatorias hasce literas die  
 octava Octobris dedit:

„Justo, ac vere Catholico Principe  
 „maxime dignum consilium suscepit  
 „Nobilitas Tua, initique sui Regiminis  
 „primordia feliciter ausplicata est, dum  
 „majorem Ecclesiam Heidelbergensem  
 „orthodoxæ Religionis Cultoribus, qui-  
 „bus per summam injuriam olim ere-  
 „pta fuerat, non ita pridem restitui  
 „jussit, & frementium Acatholicorum  
 „querelas ac minas, magno, fortique,  
 „ut par erat, animo despexit. Ejus-  
 „modi nuntium, quo Nos affecerit  
 „gaudio, vix exprimere verbis possumus.